Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Iere

his que non sunt dei. Saturam eo
et mechati sunt. & in domo mereti
trix habitabant. Equi amatores mis
mulas. & emissarii facti sunt. vnus
quisq; ad uxorem proximi sui hin
nebat. Numquid super hoc non insta
bo dicit dominus. & in gente tali
non ulciscetur anima mea. Ascendi
te muros eius & dissipate. Consum
mationem autem eius nolite facere. Au
ferte propagines eius quia non sunt
domini. Prevaricatione enim preuari
cata est in me domus israel. & domus
iuda dicit dominus. Negauerunt dom
inum & dixerunt. Non est ipse. nec
nemet super nos malum. Gladium
& famem non videbimus. prophete
fuerunt in ventum loquti. & respon
sum non sunt in eis. Hec ergo euen
ient illis. hec dicit dominus deus
exercituum. Quia locuti estis ver
bum istud. ecce ego do verba mea
in ore tuo in ignem. & plebem istam
in lignum. & devorabit eos. Ecce ego ad
ducam super vos gentem de longin
quo domus israel. ait dominus. gen
tem robustam. gentem antiquam
gentem cuius ignorabis linguam
nec intelliges quid loquatur. Pha
retra eius quasi sepulchrum patens.
Omnis fortes. & comedet segetes tua
& panem tuum devorabit. filios tuos
& filias tuas comedet. Et greges tu
um & armenta tua comedet. & vine
am tuam & ficum tuam. & conteret ur
bes munitas tuas. in quibus tu fi
dueiam habes gladio. Veritatem et
iudicium illis aut dominus non fa
ciam vos inconsiderationem. Quod si
dixeritis. Quare fecit dominus de
noster nobis hec omnia. Dices ad
eos. Sicut dereliquistis me. & seruis
tis deo alieno in terra vestra. sic ser
vietis dis alienis in terra vestra.
Annuntiate hec domui iacob. & audi
tum facite in iuda dicentes. Audi
te populi stulte qui non habes cor qui ha
bentes oculos non videtis. & aures
& non audiitis me. Oye ergo non ti
mebitis. qui posui harenam fin
em maris preceptum sempiter
num. quod non preteribit. & commo
vebitur. & non poterunt. & intumue
scent fluctus eius. & non transibunt
illud. Populo autem huic factum est
cor incredulum & exasperans. Recess
erunt. & abierunt. & non dixerunt
in corde suo. Oetuamus dominum
deum nostrum. qui dat nobis plu
viam temporaneam. et serotinam
in tempore suo plenitudinem an
nue messis custodientem nobis
Iniquitates vestre declinauerunt
hec. & peccata vestra prohibuerunt
bonum a vobis quia inuenti sunt
impios in populo meo. quasi insidiantes qui
aucupes. laqueos ponentes ad ca
piendos viros. Sicut decipula ple
na auibus sic domus eorum plene
dolo. Ideo magnificati sunt. & diti
ti facti sunt. & impinguati et
preterierunt sermones meos pes
sime. Causam iudice non iudica
uerunt. & causam pupilli non di
rexerunt. & iudicium pauperum
non iudicauerunt. Numquid super